

Aduerteneias para

catio Euangelij, & conuersio Indorum. Hæc
ille. Verum id puto intelligi in locis, vbi pau-
ci sunt Christicolæ, & multi infideles, aut no-
uiter conuersi, non autem in hac Mexicanæ
gubernatione, de qua intelligendum existi-
mo id quod in præcedentî. §. transcripsi ex-
Patre Focher.

23 ¶ 6. Notanda est causa finalis quæ mouit Pa-
pam ad cōcedendum hoc priuilegium, & om-
nimodam au&oritatem, nam ea fuit ut me-
lius conuersio Indorum fieri valeat, & salu-
ti animarum omnium, in Indiis pro tempore
de gentium prouideatur, & sic dicitur in lite-
ra. Et sic iste est scopus cōcessionis huius, &
ad hoc debent respicere vt̄etes hac potestate
omnimoda Pape, ne errant, quoniam nō valet
dispensatio illius, qui dispensat in iure com-
muni citra Papā, sine causa rationabili, vt te-
net Panor. cap. Quia secundum depreben-
dis, nu. 3. & Siluest. verbo Dispensatio. §. 3.

24 ¶ 7. Est aduertendum q̄ Summiss Pontifex
hanc omnimodam potestatem tripliciter li-
mitauit. Prima limitatio est, vt vbi sunt Epis-
copatus creati, Prelati dispensaturi distent ab
Episcopis, vel ab eorum Officialibus per du-
as dietas. Nam dicit, in quibus nondum fue-
rint